



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

- II. Propst und Convent des Klosters Dambeck bekunden die Stiftung einer immerwährenden Lampe zum Gedächtniß Mag. Christian's, am 31. October 1288.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

## XVIII.

**Das Jungfrauenkloster Dambeck.****I. Boldewin und Paridam von dem Knefsbeck verkaufen dem Kloster Dambeck das Dorf  
Maßsdorf, im Jahre 1283.**

Nos Boldewinus et Paridam, fratres de Knefsbeck, notum facimus presentibus et futuris, quod uniuersos proventus et redditus ville Makestorp, qui ad nos spectant, cum pascuis, pratis et omnibus aliis attinentibus, cum silua predictae ville adiacenti et attinenti, que scilicet ab albo fonte sic dicto protenditur usque ad terminum Kalcklake nominatum, Vendidimus de nostro beneplacito et voluntate Monasterio et conuentui sanctimonialium in Dambeke perpetuo possidendos. Ne autem in posterum huiusmodi venditio infringi valeat ab aliquibus seu violari, presentem literam inde conscriptam, Sigilli nostri appensione duximus roborandam. Testes vero, qui huic facto presentes fuerunt, sunt infra scripti: Joh. Stefow, Jo. Burmester, Petrus de Hollenstede Burgenses in Saltwedele. Datum Saltwedele, Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIII<sup>o</sup>.

Gercken's Cod. VIII, 445.

**II. Propst und Convent des Klosters Dambeck bekunden die Stiftung einer immerwährenden  
Lampe zum Gedächtniß Mag. Christian's, am 31. October 1288.**

Nos Dei gratia Fridericus prepositus, Oda abbatissa, Gertrudis priorissa, totusque conuentus ecclesie in Dambeke recognoscimus presentibus publice protestando: quod piis eleemosynis magistri cristiani felicis memorie unum chorum filiginis in uilla nostra Vizeeke comparauimus, singulis annis dandum et ad lampadem, que ob amorem Dei et reuerentiam gloriose semperque uirginis Marie ac sue anime pro salute, in ecclesia nostra die noctuque perpetuo ardebit, diligentius conuertendum. Si autem chorus prefatus, quod absit, per nos uel successores nostros in aliquos alios usus, sed solum modo lampadis prehabite, uerteretur; ex tunc consules uete-



riſ ciuitatis Saltwedele plenam habebunt proteſtatem eundem chorum in uſu eccleſie beate Marie uirginis in Saltwedele conuertendi. Hujus uero facti teſtes ſunt dominus bernhardus ſacerdoſ, et Johannes georgii, magiſtri criſtiani teſtamentarii, Thitmarus de vſen, Henricus de mechowe, Henricus de gorcke, Johannes de Witinge, Henricus pertceual, Hermannus cronecke, Nicolauſ Plume, Thetardus felix, Henricus de thuritz, Nicolauſ de mechowe, Bartholdus de vſen et Henricus Holis, conſuleſ prediſte ciuitatis Saltwedele, quorum ſigillo preſens ſcriptum una cum noſtro in maiorem teſtimonii euidentiam uniuſcorditer ſecimul roborari. Datum et actum anno gratie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVIII<sup>o</sup>. in uigilia omnium ſanctorum.

Nach dem Orig. des Saltwedeliſchen Archives XXV, 2.

III. Ritter Hempo von dem Kneſebeck überläßt dem Kloſter Dambeck Gebungen in Walwitz, am 13. Januar 1329.

Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum, niſi eas roboret uniuſitas literarum, Nouerint igitur uniuſerſi Chriſti fideles preſentes inſpecturi, quod nos Hempo de Kneſebeck, miles, bona noſtra in uilla Valeuiz, uidelicet ſuper que dominus prepoſitus de Dambecke et ſue moniales clauſtri eiufdem habent aduocaciam, ſcilicet unum chorum ſiliginis et X modios ordeſ et unum pullum et unum ſolidum cum una decima dicta ſchmalen tegede ſic, uti ea noſtri parentes hereditabant, reſignamus antedicto prepoſito in Dambecke et toti conuentui cum omni uſuſuctu ſicut ea habuimus libera et ſoluta in nomine domini in hiſ ſcriptis. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum Wertbeke, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIX<sup>o</sup>., in octaua Epiphanię domini.

Aus alter Copie.

IV. Markgraf Ludwig verzeiget dem Kloſter Dambeck zum Erſatz des erlittenen Kriegſſchadens Gebungen aus mehreren Dörfern, am 16. März 1344.

Nouerint etc. Quod nos etc. Ob iugem et perhennem animarum Illuſtrium principum marchionum brand., bone recordationis predeceſſorum noſtrorum, noſtri, heredum ac ſucceſſorum noſtrorum memoriam, Eciam in reſuſionem dampnorum, honorabili uiro prepoſito deuotiſque dominabus abbatiffe, prioriffe totique conuentui clauſtri dambeck, ordinis ſancti benedicti, ſanctimonialibus nobis dilectis, expeditionum noſtrarum temporibus illatorum, appropriamus et appropriare decreuimus per preſentes XLII fruſta reddituum annuorum in pactu et cenſu uillarum ſubſcriptarum uidelicet in theutonicali gyſchowe IX fruſta, in Slaicali gyſchowe V fruſta, in Ry-